

quemadmodum malis ad seducendum nihil robustius,
ut non sine causa Juvenalis dixerit:

*Maxima debetur puero reverentia, si quid
Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.*

Instruⁱⁱ
mentalis

Præterea non exiguum virtutis adipiscendæ instru-
mentum est conversatio cum probis, & pravorum con-
fortiorum fuga. Notum enim est illud Menandri, quod
 citat Apostolus I. Corinth. 15. Φθείρουσιν ἡθη χρῆθ' ὄμι-
 λιαν κακοῖ. Corrumperunt pulchros mores consortia prava.
 Item: σοφοῖς ὄμιλῶν κάυτος εἰδῆσῃ σοφὸς. & ἀνάπολιν:
 κακοῖς ὄμιλῶν κάυτος εἰδῆσῃ κακός. Et Plutarchus περὶ
 παιδ. ἀγωγ. αὐτὸν χωλῶν παροικήσης, ὑποσκέψεων μαθήσῃ:
 id est, Quod si cum clando habites, subclaudicare disces.
 At verò quum jam multa de cura acquirendi virtutem
 dicta sint, non immerito aliquis quærat, quænam illa
 regula sit & norma, ad quam virtus & componi & ex-
 minari debet? Tenendum est igitur, duas esse normas,
Rectam rationem, & S. Scripturam. Per rectam rasio-
 nem intelligitur rectum judicium de honestis & turpibus
ex fontibus naturæ deductum, quod aliâs vocari solet
συντίγησις, cuiusmodi sunt principia practica: ut, Ho-
 nesta sunt facienda. Turpia fugienda. Parentes sunt ho-
 norandi, &c. Ex talibus principiis exstruitur syllogi-
smus, qui vocatur practicus, in quo ad συντίγησιν additur
συνειδήσις, quæ antegressam notitiam applicat ad singu-
 late περικλέων, unde conclusio vel damnans vel absolv-
 ens conficitur. Talis fuit syllogismus Judæ proditoris;
συντίγησις est: Qui prodit sanguinem innocentem pes-
 simè facit. Sequitur συνειδήσις accusans: Ego Judas
 prodidi sanguinem innocentem. Hinc conclusio da-
mnans: Ergo pessimè feci & per consequens sum da-
 mnandus. Si συνειδήσις defendit, conclusio absolvit, ut:
 Qui contra tyrannos defendit innocentes, rectè facit.
 Ego Constantinus M. contra tyrannos defendi innocen-
 tes Christianos. Ergo ego Constantinus M. rectè feci,
 & per

Syllogismus
Practicus.